

107. Münster den 2. Mai 1640. (D. h. Münz-Tarif.)
Magistrat der Stadt Münster

sehen und verordnen, den Unserigen und so uns zu versprechen stehen, hinfüro bei der Ausgab und Empfangung auch Verwechslung geringer vor größere Sorten, sich also zu verhalten, wie bei einem jeden Stück hernachher folget:

Jacobus Pfenninge und Holländische Ridders, so nicht mit Nr. 20 gezeichnet, das Stück . . .	5 Reichsth.
Alte und neue Rosenobelen	4 —
Henricus Robelen	3½ —
Flamische Robelen	3¼ —
Gedoppelte Ducaten	4 —
Einfache Ducaten	2 —
Hispanische Pistoletten	3½ —
Italianische Pistoletten	3¼ —
Albertiner oder gedoppelte Philippen	2½ —
Engelotten	2½ —
Francische Cronen	1¾ —
Italianische Cronen	1½ —
Crusaten	1¾ —
Die Mattenthaler	28 β.
Holländische Thaler	23 —
Seeländische Thaler Num. 30.	17½ —
Deventer, Camper und Schwoller Thaler, waruf der Num. 28 gesetzt	16 —
Dito Embder	14 —
Ristennacher Thaler	20 —
Rönnings Thaler in specie	1 Rthlr. 3 β. = pf.
Rünfthalb Kopfstück	1 — = —
Kopfstücke per se	6 — 2 —
Brandenburgische u. Holländische Schilling, 8 für	1 — = — = —
Dito enfelbe	= — 21 —
Embder Schillinge, Ein halb Kopfstück, Schrickenberger und die Stücke mit Peter und Paul, das Stück	4 β.
Geldrische Schnaphanen	5 —
Gilichische und Glevische Stück	4½ —
Holländische 2 Stuffer Stück	14 pf.
Dito enfelbe Stuffer	7 —
Glevische Stuffer	6 —
Mariengroschen	8 —

108. Bonn den 10. Mai 1640. (A. 1. h. Avof. der Untertly.)
Ferdinand, Erzbischof u. Churfürst zu Köln rc.
Bischof zu Münster rc.

Nebst wiederholter Abberufung der in feindlichen Kriegsdiensten stehenden, in den landesherrlichen Gebieten unfähigen Adlichen, Lehensleuten und Unterthanen wird, unter angedroheter Verwirklichung der reichsgesetzlichen Güter- und Lehn-Confiskations-, resp. Leib- und Lebensstrafen gegen ferner Ungehorsame, — den binnen 6 Wochen Heimkehrenden völliger Strafnachlaß verheissen.

109. Münster den 21. Januar 1641. (A. 1. h. Münz-Ausführung.)

Fürstlich münster'sche heimgelassene Rätthe.
Verbot, Gold und Silber außerhalb des Reiches auszuführen.

110. Münster den 3. Januar 1645. (F. c. Sterbejahr der Geistlichen.)

(Der bischöfliche General-Bislar in spiritualibus.)

Eleuteratio qualiter Anni gratiae D. D. Curatorum defunctorum participant.

Omnes et singulos Pastores, Curatos seu non Curatos, redditus et obventiones suas omnes tam pecuniarias, quam ex agri cultura provenientes, item missaticum integrum neben den Ruden semel post obitum, plene percipere aequum esse et ratione consonum videtur.

Quia verò inter defunctorum D. D. Pastorum sive Curatorum D. Dnos executores, sive heredes et eorundem in hujusmodi Beneficiis successores propter mortem Antecessorum in diversa anni tempora et peristases incidentem varias oriri sive enacsi controversias quae non exiguum superioribus pariunt difficultatem et generant molestiam, quotidiana docet experientia.

Illis pro officii nostri ratione per subsequentes conclusiones sive distinctiones temporum occurri posse visum fuit.

1. Si curatus aliquis moriatur post festum S. Jacobi, vel post fructuum maturitatem, sive post frugum inhorxationem, extendendo hoc tempus usque ad festum S. Martini inclusive, hujus defuncti pastoris D. Dni executores sive haeredes proximè subsequenti autumnò frumento hyemali et subsequenti tempore verno frumento aestivali conferent agros, et proximè subsequens missaticum tollent, pecuniarios item redditus semel tantum tollent à die obitus usque ad anniversarium ejusdem, nec ultra id tempus cessos, cum glandemia si quae fuerit, wie auch die Ruchen, pro quibus onera consueta in Ecclesia, parochia et familia toto anno supportabant Successori vero dabunt Executores locum satis tempesive, ut in fine anni gratiae circa festum S. Michaelis vel nundinas monasterienses autumnales auspicari possit familiam, qui étiam salus sequens percipiet missaticum.

2. Si curatorum quis moriatur post festum S. Martini sive post conseminationem autumnalem factam per defunctum, extendendo hoc tempus usque ad festum Purificationis inclusive, hujus executores sive haeredes segetes ex frumentis per defunctum terrae mandatis natas, glandemiam, pecuniarios redditus omnes semel tantum post obitum, et integrum missaticum, neben den Ruchen, tollent. Conseminabunt item agros frumento, aestivali, successori vero dabunt locum, ut subsequenti autumnò domum dotis, ut supradictum ingredi, et agros conserere possit, qui successor étiam à tempore consitionis agrorum auspicabitur Divina et parochiam respiciet.

3. Si vero curatus aliquis moriatur post festum Purificationis, vel post collectum missaticum usque ad festum Penthecostes inclusive, hujus executores sive haeredes tollent fructus ex conseminatis agris per defunctum hyemales, conseminabunt item agros frumento aestivali, et subsequentis anni missaticum, pecuniarios item redditus omnes semel tantum intra anni circulum et glandemiam si quae fuerit, sine contradictione successoris percipient; Successor vero

in familia inchoanda succedit circa festum S. Michaelis vel nundinas autumnales, et conseminabit agros frumento hyemali, et una cum auspicio familiae auspicabitur cultum divinum in Ecclesia, et onera pastoratus in se suscipiet, glandemiam si quae fuerit, missaticum undt den ersten Ruchen tollent executores defuncti sine contradictione successoris.

4. Tandem si curatorum aliquis moriatur tempore illo, quod excurrit à festo Penthecostes usque ad festum S. Jacobi proximum exclusive ante frugum maturitatem, hujus haeredes sive executores tollent omnes fructus tam hyemales quam aestivales ex frumentis per defunctum terrae mandatis natos, tollent item glandemiam proximam si quae fuerit, et missaticum subsequens mit den Ruchen et redditus pecuniarios qui intra circulum unius anni solvuntur. Successor vero in pastoratu conferet agros pro hyeme, et familiam proximo autumnò circa nundinas monasterienses autumnales, et in Ecclesia cultum divinum inchoabit, missaticum vero proximum neben den Ruchen pro illa vice relinquet haeredibus antecessoris, nisi videatur consultius, quod successor facta prius per se vel suos consitione frumentorum autumnalium, erga curam domus familiae et parochiae procurandum per executores defuncti per hyemem familiam auspicare debeat in Paschate sequenti, quod etiam in decisione vel distinctione antecedenti locum habere posset.

Practer antecedentia puncta videntur in annis gratiae praecavanda sequentia

1. ne in praedictum successoris ab executoribus defuncti die Kämpfe für die Zeit, auß den Dreischen umgebauwet werden, nisi campi pro hordeo stercorentur.

2. Executoribus defuncti non erit permisum in pastoralibus qui abundant Lignis, immoderatè succidere Ligna.

3. Wann zu den curatis beneficiis gehörige Leibzogene, in anno gratiae verstürben, soll der Sterbfall dem Abgelebten, die Aufsahrt aber dem Successori zum Besten kommen.

4. Es sollen Haeredes sive executores defuncti dem Successori nichts abforderen für die Faistung (Dünzung), welche im Lande ist.

5. Impensae et sumptus necessarii ac notabiles in aedificiis pastorationum facti compensari non solent nisi ante inchoationem eorundem cum superioribus desuper tractatum sit, quantum à successoribus refundi debeat.

Hanc formulam seu modum circa annum gratiae inter D. Dnos pastores rurales vita functos eorumque executores et successores ad nostram instantiam à piis et istarum rerum scientiam et experientiam habentibus impartialiter conceptum esse fatemur eandemque formulam uti rationi et juri consentaneam approbamus et observandam judicamus. — Sigt. 1645. 3. Januarii.

Bemerk. Ueber die Berechtigung der Erben eines verstorbenen Geistlichen auf den Bezug dessen Einkünfte während des Gnadenjahres ist mittelst der nachfolgenden Synodal-Decrete vom 18. Juli 1727, und 13. März 1754 weiter verordnet worden:

Cum inter defunctorum Pastorum, aut aliorum Clericorum (quibus de jure aut consuetudine annus gratiae competit) Executores sive haeredes et eorundem in hujusmodi beneficiis successores propter mortem antecessorum in diversa anni tempora et peristases incidentem varias oriri, sive enasci controversias, quae non exiguam superioribus pariunt molestiam et generant difficultatem; quotidiana doceat experientia, illis pro officii nostri ratione per subsequentes conclusiones sive distinctiones temporum occurrere posse visum fuit.

1ma. Si Curatus aliquis aut Clericus, cui de jure aut consuetudine annus gratiae competit, moriatur post festum S. Jacobi extendendo hoc tempus usque ad festum S. Martini inclusive, hujus defuncti Executores fruges illius anni percipient et pro sequenti anno fruges serent novas tam hyemales, quam aestivales, Missaticum, Glandemiam, den Ruchen, reditus frumentarios, omniaque alia intra annum rotundum a die obitus computandum cessa, sub quocunque demum nomine veniant, semel tantum percipient, pro quibus consueta et annexa beneficiis onera supportabunt, successori vero dabunt Executores locum satis tempestive, ut in fine anni gratiae circa

festum S. Michaelis vel nundinas autumnales Monasterienses auspiciari possit familiam, qui etiam solus sequens Missaticum una cum reliquis erga praesentationem onerum tollet.

2da. Si Casus mortis contingat post festum S. Martini sive post conseminationem autumnalem factam per defunctum extendendo hoc tempus usque ad festum Pentecostes inclusive, hujus Executores sive haeredes tollent fructus hyemales per defunctum seminatatos, conseminabunt item agros frumento aestivali, quoad Missaticum, Glandemiam, den ersten Ruchen, reditus frumentarios habeat superior regula locum, quod nimirum omnia ante annum rotundum a die obitus computandum cessa semel tantum percipient, successor vero in familia inchoanda succedet circa festum S. Michaelis vel nundinas autumnales et conseminabit agros frumento hyemali et una cum auspicio familiae auspiciabitur cultum divinum in Ecclesia et onera beneficii in se suscipiet erga acceptionem jurium stolae minorum.

3tia. Si quis moriatur tempore illo, quod excurrit a festo Pentecostes usque ad festum S. Jacobi proximum inclusive, hoc est 25tam Julii, hujus haeredes sive Executores tollent omnes fructus tam hyemales quam aestivales ex frumentis per defunctum terrae mandatis natos, quoad Glandemiam, Missaticum, den ersten Ruchen, reditus frumentarios iterum observetur prior regula; quod nimirum inter annum rotundum a die obitus computandum cessa semel tantum percipient, successor vero in beneficio conseminabit agros statim pro hyeme et familiam proximo autumno circa nundinas Monasterienses autumnales una cum cultu divino in Ecclesia erga perceptionem jurium stolae inchoabit.

4ta. Jura autem dominicalia, ut vulgò vocantur, Sterbfall, Gewinn, oder: Freybrieffe et similia quod attinet, si colonus ante mortem beneficiati moriatur, Executoribus sive haeredibus mortuarium cedet, sive desuper cum haeredibus coloni defuncti contractum fuerit sive non, discretè tamen illud determinabunt, in eventum desuper aequam determinationem Nobis reservamus, si vero colonus post mortem beneficiati in anno gratiae moriatur, illa et illorum determinatio

pertinebit ad successorem, sicut etiam concessio litterarum libertatis et laudemium.

5ta. Cum expediat ut Pastores aut Curati post investituram et possessionem captam potius ovium suarum curam gerant, quam per alios conductos illa administretur, idque Sacro Concilio Tridentino conformius sit, hinc si neo-Pastores aut Curati post investituram et possessionem acceptam erga congruam mercedem curam suarum ovium ipsi statim exercere velint, caeteris omnibus quoad haec praeferri debent, et si ratione mercedis praedictae cum Executoribus convenire non possint, ejusdem aequam determinationem Nobis et successoribus Nostris autoritate ordinaria faciendam reservamus.

6ta. Si in anno gratiae defuncti Pastoris Parochus successor moriatur, is non gaudebit integro anno gratiae, sed pro rata tantum arbitrio Nostro et successorum Nostrorum autoritate ordinaria aliquid assignabitur et determinabitur.

7ma. Demandatur Executoribus, ut vigilantem oculum habeant ad aedes, hortos et piscinas, ad pastoratum aut aedes Curatorum spectantes, ne tollatur ex aedibus et hortis quidquam, quod de jure tolli non debet, et ne piscinae totaliter exipiscentur, quamvis frugaliter ex iis domesticis provideri possit, et ad hoc praecavendum, liberum relinquitur successori, ut post impetratum pastoratum statim aedes pastorales et omnia ad eas spectantia visitet, sibi inventarium et designationem ad pastoratum spectantium ab Executoribus aut haeredibus dari curet, ad quod sine ulla contradictione Executores sive haeredes erunt obligati.

8va. Si aedes pastorales nimium ruinosae aut forsitan per negligentiam antecessoris satis conservatae non fuerint, tunc Executores sumptus necessarios per Nos determinandos pro aedibus reparandis, sine contradictione aut ulteriori lite, successori praestabunt, ratione autem sumptuum et impensarum ab antecessore factarum, licet notabiles fuerint et necessarii, Executores a Successoribus nihil exigere poterunt, nisi ordinarius ex justa causa aliud determinaverit.

9na. Executoribus defuncti Pastoris aut Curati non erit premissum neque licitum, in fundis pastoralibus aut beneficialibus, ubi extant ligna, ea immoderate secare, aut in anno gratiae cum praedictis successoris dividere, et si quae post obitum a defuncto secta aedificationi apta in fundis pastoralibus, beneficialibus aut alibi reperiantur, successori in pastoratu eadem manebunt, in ejus commodum applicanda, nec ab Executoribus aut haeredibus inde avehenda aut alias alienanda nisi liquidissime probari possit ea ex propriis mediis fuisse coempta.

10ma. Campi, qui a semine quieverunt, in praedictum Successoris ab Executoribus defuncti ante consuetum vel completum tempus non consumentur, nisi pro hordeo praevie stercorentur.

11ma. Haeredes vel Executores defuncti ratione existentis forsitan in aquis et campis pinguedinis nihil omnino praetendent.

12ma. Et cum haeredes defunctorum Pastorum aut beneficiariorum contra eorundem Executores ob protelatas rationes saepius conquerantur, alias etiam deficientibus haeredibus Executores in reddendis rationibus executorii subinde summe negligentis reperiantur, hinc omnibus Executoribus sub irremissibili poena 25 Florenorum, unius anni et sex septimanarum spatium pro reddendis rationibus et petenda absolute ab executorio hisce determinatum praefigitur, quo elapso non modo in suprafatam poenam eo ipso declarati existent, sed insuper si morosi perseverent, fiscus ecclesiasticus eorum sumptibus pro intelligenda graviore poena implorabit, eosque ad reddendum rationes constringet, talesque negligentis Executores, si quod forsitan damnum haeredes vel causa pia aut legatarii ex hujusmodi culpabili mora patiantur, ad resarciendum ex suis propriis erunt obligati, Executores autem qui a Pastoribus et beneficiis in Embslandia aut aliis, quibus annus gratiae non competit, denominati sunt, eisdem trium mensium spatium a die concessae licentiae exequendi computandum pro reddendis rationibus sub poena supradicta praefigimus, ut vero accuratius rationes ab Executoribus reddi possint, subsequentem in iisdem reddendis modum praescribere necessarium duximus,

cui Executores omnes sese absque ulla excusatione conformabunt.

Sequitur modus reddendarum rationum.

Anno — die — obiit Pastor vel Vicarius — Ecclesiae — qui vigore licentiae et facultatis ab ordinario concessae in originali adjunctae nominavit in Executores — — Hi Executores petunt licentiam exequendi ultimam voluntatem seu testamentum pariter in originali adjunctum, nec non deputationem oeconomi pro anno gratiae, quibus ita ab ordinario obtentis, erigant adhibito ad id Notario legale inventarium omnium bonorum per defunctum — relictorum, pia legata statim solvantur, et interim quoad reliqua debita ordo legalis conficiatur, ut appareat utrum bona relicta sufficientia pro debitis solvendis sint vel non. Quibus ita ordinatis tenebuntur Executores intra annum et sex septimanas (si annus gratiae in beneficio concedi consueverit) si minus intra tres menses a die obitus computandas rationes et reliqua coram ordinario, denunciato praevis fisco ecclesiastico, sequenti ordine reddere.

1mo. Producatur in originali constitutio,

2do. Testamentum,

3tio. Licentia exequendi,

4to. Inventarium omnium bonorum in duplo.

6to. Percepta in anno gratiae,

7mo. Exposita per quietantias justificata, ut appareat, utrum plus perceptum quam expositum vel contra,

8vo. Quietantiae haeredum legatariorum,

9no. Attestatum novi Pastoris vel beneficiati super extraditis registris, aliisque litteris ad pastorem, beneficium aut Ecclesiam spectantibus,

10mo. Attestatum quod aedes non ruinosae, sed in bono statu adhuc existant, et omnia sub num. 8. et 10. mandata revisa et annotata adhuc integrè existant.

11mo. Producatur fundatio, ultima collatio et investitura. Denique si forsitan casus dubius quispiam in causa anni gratiae reddendarumque rationum pro futuro occurrat, qui in supra factis vel expressus non esset, vel novus incideret, Nobis qua ordinario privatam desuper cognitionem et decisionem reserva-

mus, nec aliàs desuper in iudicio ullam litem moveri volumus, mandantes Nostro in spiritualibus secretario, ut licentiis exequendi semper clausulam, quod Executores sese huic ordinationi Nostrae conformare teneantur, inserat. In quorum fidem praesentibus sigillo vicariatus munitis propria manu subscripsimus datis 1727, die 18va mensis Julii.

Clemens Augustus D. G. Archi-Episcopus
Colon. etc.

Intellecto, post constitutionis seu Ordinationis circa annum gratiae haeredibus Clericorum de jure aut consuetudine competentem Anno 1727 die 21ma Julii factam publicationem, nonnullos super termino cessionis quorundam reddituum et proventuum beneficialium enatas esse controversias, ad submovendam hæc parte ambiguitatem

Declaramus atque decernimus, quòd locagia camporum, pratorum, decimae, pachtæ colonorum, sive in redditibus frumentariis, sive in paratâ pecuniâ, vel aliâ praestatione consistentes festo Jacobi Apostoli, quod incidit in 25tam Mensis Julii, effluxo, pro cessis reputari debeant, locagia vero hõrthorum die S. Gertrudis, census annui de sorte capitali, recurrente illo anni die, quo capitale elocatum fuit; aliorum autem proventuum, ut missatici, glandemiae, des Ruzdyen, terminus cessionis erit terminus collectionis et solutionis, sive quo die in quavis parochiâ hæc colligi, vel respectivè solvi solitum, seu observatum hactenus fuit, itâ ut praeter terminum praemisso modo cessum una integra annua praestatio Executoribus sive haeredibus comedatur.

111. Bonn den 26. November 1646. (A. 1. b. Militair-Service.)

Ferdinand, Erzbischof u. Churfürst zu Cöln u. Bischof zu Münster u.

Zufolge einer zwischen den Ständen des rheinisch-westphälischen Kreises und der kaiserlichen Generalität getroffenen Vereinbarung, sollen deren im Bezirk des Ersteren einquartierten Truppen nur den Natural-Service, be-